

& ideo ad hunc effectum dicitur de familia Hortulanus, Factor, Villicus, Capellanus, qui ut satisfaciatur Præcepto audiendi Missam, celebrando in privato Oratorio, debet esse stipendiatus à Patrono pro hoc munere obundo; alioquin, si vocetur ob manuum elemosynam ad litandum, tenetur audire Missam in Ecclesia diebus festis, quod à paucis credo servari. Pignatell. d. conf. 98. n. 97. & licet Biffus d. f. 15. doceat, quod convivens cum ipso Patrono ratione amicitiae, contubernii, si non sit confanguineus, vel stipendiatus, non satisfaciatur Præcepto, audiendo Missam in Oratorio privato diebus festis, ego contrarium sentio; quia & is verè est de familia, qui firmiter ibi habitat; puta si sit amicus ibi refugii causa degens, bannitus à sua patria, vel inimicitias habens, quarum causa deseruit propria habitationem, ut frequenter accidit in hac Civitate Patavina. At Peditesque, & famuli ad comitandum Dominos, dum exeant domo stipendiati, sed non conviventes secum in eadem domo, non satisfaciatur Præcepto adstantes, dum Sacerdos litat in Oratorio privato. Trullench. lib. 1. in Bull. Cruc. f. 1. dub. 5. n. 2. Pignatell. d. confult. 98. n. 106. Porro Missam celebrari posse in Oratorio privato, etiam absente Patrono, si aliquis de familia sit prærens, omnes DD. concedunt, nam ea Verba, *In tua, & familia tua presentia*, non sunt conjunctivè, sed disjunctivè, & sonant in tua, vel in familia tua presentia. Biffus d. tom. 2. Hierurg. Verb. Oratoria, f. 15. in fine. Castrop. part. 4. tract. 25. disp. Unica punct. 6. n. 9. & Pignatell. d. tom. 6. confult. 98. n. 99.

XV. Necnon in Hospitum tuorum Nobilium presentia. Enduplex conditio Hospes ut sit, & Nobilis. Illi sunt Hospites, qui sunt recepti à Domino ad ejus mensam ex occasione temporanea, etiam si ut stent ad prandium ea die; vel ad videndam Processionem inde transitarum. Gobat. de Sacrament. tract. 5. n. 371. Biffus d. Verb. Oratoria f. 17. Nobiles non requiruntur ex genere; sed lato modo ex quacunque causa, ut sunt Divites, Doctores, Medici, Advocati, & Cives; dummodo non exerceant ea, quæ sunt contraria nobilitati. Tiraquell. de Nobilit. cap. 4. & seqq. Garzias eod. tract. gloss. 48. f. 3. Pellizzar. in Manual. Regul. tom. 2. tract. 8. q. 13. & Pignatell. d. confult. 98. nu. 100. 101. ubi advertit, quod hoc Privilegium non extenditur ad famulos eorumdem hospitum, quia ipsi famuli non sunt nobiles; sed hæc ratio me non convincit, siquidem benignitas Pontificis extendit gratiam ad famulos Patroni domi, quamvis non sint nobiles, eò quia sunt necessarii ipsi Patrono; ergo dicendum venit, quod famuli hospitum nobilium, quia sunt necessarii & ipsi suis dominis, ad quem effectum illos secum conducunt, debeant & ipsi participare de eadem gratia Pontificia; & satisfacere præcepto Missæ, eam audientes in Oratorio privato illius domus, ubi hospitantur, ne sint peioris conditionis, quam famuli continui prædictarum domus; ubi enim est eadem ratio, ibi debet esse eadem Juris dispositio, l. Illud, ff. ad l. Aquilian. Thomast. Reg. 319. & quamvis Privilegium sit strictè interpretandum. cap. Porro, cap. Ex parte, & c. Petitis, de Privileg. tamen potest extendi, quantum extenditur mens concedentis. Gardin. Mant. de tacit. & ambig. tom. 1. tit. 5. n. 13. Et est credendum, mentem Pontificis esse, dum admittit famulos necessarios Patroni nobilibus ad hanc gratiam, admittendos fore etiam famulos necessarios hospitum nobilium: præcipue si sint Matronarum nobiles, quarum famulas non deceret, recedere ab ipsis, ut in aliqua distanti Ecclesia rursum Missam quaererent audiendam.

XVI. Volumus autem quod familiares servituti tuis non necessarij, ibid. Missæ interessentes, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus festis de præcepto minime liberi censentur. Quatuor sunt circa hanc clausulam notanda. Primum, quod illi censentur familiares necessarii, qui non solum sunt necessarii servitio personali Patroni, sed etiam sunt necessarii ser-

vitio communi domus; atque adeo nemo excluditur ex iis, qui sunt in aliquo actuali servitio, concernente domum Privilegiati; & cum necessitas, & utilitas in iure aequiparentur. cap. In causis, De Re judic. & cap. Post translationem, De Remunera. Abb. in cap. Ut super. De Rob. Eccl. non litand. Illi omnes dicuntur famuli necessarii, qui sunt utiles in aliquo servitio ipsi Domino, attento statu, & dignitate ejusdem Domini Privilegiati. Pignatell. d. tom. 6. confult. 98. num. 107. 108. Et ideo Cubicularii, & Cubicularie, Secretarii, Auriga, Coquus, Passafrenarii, quibus non convenit deserere proprium Dominum, eumve solum domi relinquere, reputandi sunt necessarii ejus servitio, & capaces Privilegii audiendi Missam in Oratorio privato illius domus. Secundum est, quod qui superflui sunt, vel servitio actuum tunc non necessarij, puta Hortulanus, Custos domus, vulgò Caffaldo, & si qui similes, tenentur ire ad Ecclesiam, non attenta opinione Homoboni, Pellizzarii, & Castropalati, quos citat, & refutat Tambur. d. lib. 1. cap. 4. f. 4. num. 34. & 35: non est enim eorumdem bona ratio, quod his temporibus cessante obligatione audiendi Missam in Parochiali Ecclesia, possit audiri in Oratorio privato, & sic satisfieri præcepto; nam ad præcepti satisfactionem requiritur, ut Missa audiatur in Ecclesia publica, ut publicus cultus Deo reddatur secundum ritum Sanctæ Matris Ecclesiæ, & Sacros Canones, tum antiquos in cap. Tabernaculum, de Consecr. dist. 1. tum Concilii Tridentini d. sess. 22. in Decreto de Vitan. & observ. in celebr. Missæ. Et ideo eorumdem Homoboni, & Pellizzarii ratiocinationem Eminentiss. Gardin. Brancatius in dissert. de Privileg. Capell. Cardinal. pag. 30. vocat fallam, & divinatoriam; Tertium est, quod si quis non possit adire Ecclesiam diebus festis de Præcepto, ad Missam audiendam, ob legitimam causam, non tenentur eam audire in privato Oratorio; etiam si ibi eam possit audire; & non effect ex privilegiatis; præceptum enim non obligat ad id, per quod adimpleri non potest. Pignatell. d. confult. 98. n. 108. Diana Coordinatus tom. 4. tract. 2. resol. 42. f. 5. Quæ desumpta est ex part. 9. tract. 1. resol. 3. Quartum est, quod Privilegiatus audire Missam in Oratorio privato, tenetur ibi eam audire, cessante legitimo impedimento accedendi ad Oratorium, puta gravis infirmitas, quamvis eo impedimento excusaretur accedere ad Ecclesiam publicam; præceptum enim audiendi Sacram diebus festis obligat omnes non impeditos; ad Privilegiatus, habens Oratorium privatum, non est impeditus respectu privilegii, quod datum est non ad tollendam obligationem audiendi Missam, sed ad facilitandam adimplementum obligationis; ut si Papa mihi concederet, ut jejunare possem comedendo carnes, essem obligatus semel in die carnes, cibumque sumere, & sic jejunare. Nugnus 3. part. q. 83. art. 6. dub. 3. Pignat. d. conf. 98. num. 110. alias rationes adducens contra Suarezium, & Dianam contrarium docentes in d. f. 5. ref. coord. 42. tom. 4. tract. 2.

Tandem quia plurimi Regulares allegati per Tamburinum de Sacrific. Missæ dist. lib. 1. cap. 4. f. 4. num. 37. pro certo supponunt, habentem Bullam Cruciatæ posse in die festo audire non solum unam, sed plures enim Missas; non tam in Oratorio privato propria domus, quam aliena; advertit Pignatell. d. tom. 6. confult. 98. num. 109. suppositum non esse verum: siquidem ad summum Bulla Cruciatæ concedit, ut ea frui possit de licentia Ordinarii, & Commissarii obtinere Oratorium privatum in propria domo; & subdit rationem, quia cum serè omnes habeant Bullam Cruciatæ, etiam homines infirmæ conditionis, si possent in quibuscumque privatis Oratoriis unam, vel plures Missas diebus festis audire, destrueretur publicus cultus Divinus, qui litando in publicis Ecclesiis Deo redditur, & ideo Sac. Congr. Concilii die

die 2. Novembris 1648. interrogata ab Archiepiscopo Calaritano: An Privilegium Bullæ Cruciatæ pro hujusmodi Oratoriis, & Altaribus, ac Missarum celebrationibus in dicta Diocesi possit suffragari? Item, an quatenus dicte Capelle sub Decreto 3. Concilii, nec non dicto Decreto Pauli V. & literarum prohibitionem comprehendantur, & Bulla Cruciatæ non suffragetur, licet Archiepiscopo contra Sacerdotes tam Saculares, quam Regulares in eisdem Capellis celebrare volentes, post edictum Archiepiscopi publicatum, seu intimatum procedere; & quibus pœnis illos punire? Respondit Privilegium Bullæ Cruciatæ non suffragari: ideo licet Archiepiscopo contra Sacerdotes tam Saculares, quam Regulares in eisdem Capellis celebrare volentes, post edictum Archiepiscopi publicatum, procedere etiam ad pœnas Censurarum. Quam declarationem asserit Pignatell. d. tom. 6. confult. 98. n. 117. subdens, quod Tridentinum Concil. dist. sess. 22. in Decreto de evit. & observ. in celebr. Missæ, revocat, quoad Oratoria privata, omnia privilegia, & sic etiam Bullam Cruciatæ, quæ licet à Summis Pontificibus proregetur pro Regnis Hispaniarum, illa prorogatio non addit de novo; sed solum extendit ad ulterius tempus, ut dixit Rota coram Seraphino decif. 583. n. 2. in fine, coram Merlin. decif. 553. n. 11. & coram Ludovis. decif. 522. n. 17. & notat Fagnan. in cit. cap. Auditorio n. 10. de Cenfib.

His ita enunciatis pro intelligentia Canonum, & Brevium concernentium Oratoria tum publica, tum privata, in quibus Sanctissima Eucharistia & conficitur, & dispensatur, deveniendo ad resolutionem propositi casus, omnes dixere, licitum esse Viro nobili, ex indulto Pontifici Oratorium privatam domi sue habenti, dum Missam audit in eo, una cum Uxorè, bis, tervè in hebdomada à Sacerdote celebrante Communionem accipere; nulla enim est prohibitio vel respectu suscipientis, vel respectu loci, vel respectu administrantis.

In suscipientibus nulla est prohibitio, quia non solum licet laicis bis, tervè in hebdomada ex devotione communicare; sed etiam quotidie data debita devotione, & præparatione, de qua infra, sicut in primitiva Ecclesia omnes Christiani faciebant. Emin. Card. Bona Romanus Hierurgic. lib. 2. cap. 17. n. 2. ubi probat hanc fidelium devotionem quotidie communicandi perdurasse usque ad initium quinti sæculi, & eam renovari optasse Concil. Trid. sess. 22. de Sacrific. Missæ cap. 6. tamquam proficuum populo fidelium, ut testantur SS. Patres, & probat Grassius de Arbitr. Confessor. lib. 1. cap. 30. & latius infra in Casu Prudentiali.

Respectu loci nulla est prohibitio, quia cum Papa concesserit hunc Viro nobili, ut in propria domo Oratorium habere possit, & in eo Sacrificium Missæ celebrare facere; per consequens concessisse censetur, ut in eo sacrum communionem valeat percipere; cui enim conceditur, quod est majus, dicitur etiam concessum, quod est minus. cap. Ex par. 3. extr. de decim. Megalla tom. 2. Promptuar. Verb. Eucharistia Minister. n. 17. Bordonus Var. Resol. part. 3. resol. 144. n. 17. & Volpi ref. 61. n. 20. Tantò magis, quia ex instituto Ecclesiæ, & ex præscripto Ritualis Romani de Communione, ea est præbenda in Missa, statim post communionem celebrantis, ne fideles priventur illis precibus, quas post Communionem Ecclesia recitari jubet, spectantes tum ad Sacerdotem, tum ad alios fideles, qui sacram Eucharistiam ibi sumunt; ut observat Emin. Card. Brancatius in dissert. de Sacro Viatico p. 157. Summa Diana Verb. Communio n. 71. & Hierolexic. Macri in Verb. Communio in princip. subdens, quod idcirco in Sabbato Sancto non recitatur in Sacrificio Postcommunionis, eò namque die non distribuitur Eucharistia. Sed de hoc in Prudentiali casu sequentis Mensis Aprilis.

Respectu postea administrantis non est prohibitio; De Sacramento Eucharistie.

quia si celebrans est Sacerdos Regularis, huic licita est Eucharistia administratio vigore privilegiorum. Portell. p. 3. cas. 39. Diana Coordinatus tom. 4. tr. 2. resol. 44. desumpta ex part. 4. tract. 4. ref. 14. ac etiam Bordon. d. p. 3. ref. 144. n. 16. 17. & 18. ubi plurimos DD. allegat sic docentes; licet enim antiquitus Regulares communicare non possent. Laicos absque Parochorum licentia, sub excommunicationis pœna, per Clement. Religiosi. De Priv. Miranda in Manual. Prel. q. 42. art. 1. Nihilominus ex subsequentium Privilegiorum concessione dicta facultas fuit Regularibus impertita, excepto die Paschatis, & Viatico. P. Augusti à Virgine Maria de Privileg. Relig. Verb. Eucharistia. Bord. d. ref. 144. n. 18. Biffus in Hierurg. tom. 2. Verb. Missa n. 211. f. 16. Tonell. in S. Enciclid. lib. 1. cap. 2. f. 2. n. 14. Gobat. de Eucharistia. tract. 5. n. 368. Quartus in Rubr. Missæ par. 3. tit. 10. n. 1. dub. 9. & Emin. Card. de Lauræa de Euchar. disp. 24. n. 77. Quod si celebrans sit Sacerdos sanctissimam Eucharistiam fidelibus, nisi sint sibi subditi, & habeat in eos jurisdictionem vel ordinariam, vel delegatam. Emin. Card. de Lugo de Sacram. Euchar. disp. 18. n. 36. Pignatell. d. tom. 6. conf. 98. n. 86. & Laym. lib. 5. tract. 4. c. 7. n. 3. Tamen ex universalis Ecclesiæ consuetudine, & ex communi placito Doctorum, quilibet Sacerdos, præcipue dum celebrat, potest communicare fideles ex tacita licentia Episcoporum, & Parochorum; ac ex eorumdem interpretativa voluntate; quæ in admittenda SS. Eucharistia sufficit, excepto (ut diximus) Paschali, ac mortis tempore. Emin. Card. de Lugo d. disp. 18. n. 37. & de Lauræa d. disp. 24. n. 78. hanc rationem allegantes, scilicet, quia in omnibus, quæ cadunt in commodum, & beneficium Domini, ac Superioris, potest quis uti ejus voluntate interpretativa, nisi aliàs constet, Dominum esse inivum. At cadit in commodum Episcopi, & Parochorum, quorum interest, fidelis populi devotionem fovere, & Sacræ Eucharistia pabulo nutrire, si Eucharistia debita cum reverentia piè poscentibus dispensetur. Ergo simplex Sacerdos licet illam dispensat ex interpretativo consensu Superiorum; & ita concedunt Barbof. in Collat. DD. ad Concil. Trid. d. sess. 22. de Sacrific. Missæ c. 6. Bonacina de Sacram. Eucharistia. tom. 1. disp. 4. q. 3. pu. 1. n. 7. Candidus disquisit. 47. art. 2. n. 4. Bordon. Var. resol. part. 1. resol. 20. n. 26. Gavant. in Rubr. Missæ part. 2. tit. 10. n. 6. Quart. ib. p. 2. tit. 10. sect. 3. dub. & difficult. prima in fine. Navar. in Man. cap. 21. n. 52. Mastrius in Theolog. Moral. disp. 18. n. 72. Biffus in Hierurg. Verb. Euchar. n. 174. f. 2. tom. 1. pag. 405. & in puncto tenuit Beja part. 4. casu 14. ubi præter supradictas rationes, ulterius consideravit, quod cum Ecclesia reservaverit Parochis communionem suorum Parochianorum tempore Paschali, & causa Viatici tempore mortis; sequitur, aliis temporibus administrationem Eucharistia non esse Parochis reservatam; siquidem inclusio unius est exclusio alterius. Cap. Nonne, de Præsumpt. l. Cum Prætor. ff. de Judic. Barbof. Axiom. 120. Et ulterius S. Trid. Concil. in sess. 13. cap. 8. agens de Eucharistia dixit, Ministros hujus Sacramenti, quò ad usum, & sumptionem fidelium esse Sacerdotes celebrantes; non autem dixit esse Parochos tantum.

Tandem; licitum esse in Oratorio privato supradictam Dominici Corporis, dum Missa celebratur, dispensationem, probat Decretum S. Congregationis Concilii die 11. Februarii 1679. De Quotidiana Communione (infra relatum sub casu Prudentiali) in quo S. Congregatio jubet, doceri, Sanctissimam Eucharistiam esse sumendam vel in Ecclesiis, vel in Oratoriis privatis, concessis ex Pontificia dispensatione ad celebrandum; non autem esse defendendam secretò in crumena argentea ad domi existentes, vel lecto cubantes.

DECISIONIS IX.

Ad Februarii secundum Casum.

ARGUMENTUM.

Discutitur, an Matrōna jejuna, possit hora Vesperarum ex devotione communicari: Offenditur, olim fuisse plures species Communionis in Ecclesia, & declaratur, quae, & qualis sit Communio Papalis? Episcopalis? Sacerdotalis? Diaconalis? Subdiaconalis? & aliorum Clericorum? Traditur quoniam esset Communio Laicalis? Quae Imperatorum, & Regum? Quoniam Puerorum, ac Peregrinorum, nec non Infirmorum, & Mortuorum? Inquiritur, quid esset Agapes Natalitiae, & Funerales? Super praedictis omnibus, quidquid ex antiquis, & eruditis Scriptoribus haberi potest, pulchre, ac compendiose recensetur: & tandem resolvitur, Matrōnam praedictam posse communicari.

SUMMARIUM.

- 1 Communio vocis in primitiva Ecclesia multiplex significatio?
- 2 Communio Papalis quoniam sit?
- 3 Papa sumit Sanguinem Domini de calice cum fistula aurea.
- 4 Communio etiam sub specie vini die Paschae datur in Ecclesia Patavina viris, & mulieribus saeculo tertio supra missilem.
- 5 Communio Episcopalis quoniam esset?
- 6 Forma consecrationis an possit a pluribus simul preferri?
- 7 Communio Sacerdotalis quae dicatur?
- 8 Dominici Sacerdotes cur se communicent sinistra manu?
- 9 Communio Diaconorum, Subdiaconorum, & aliorum minorum Clericorum in quo situ Altaris fiebat?
- 10 Communio Laicorum quae? & ubi dabatur?
- 11 Communio, sub utraque specie, antiquitus dabatur omnibus fidelibus in Missa: sed extra Missam sub specie panis tantum.
- 12 Communio olim dabatur viris in manu, mulieribus in sudario.
- 13 Communio Laica triplex interpretatio.
- 14 Imperatorum, & Regum Communio sub utraque specie ex privilegio Pontificio.
- 15 Communio puerorum quae?
- 16 Peregrinorum Communio quoniam olim fuerit?
- 17 Communio infirmorum idem, ac Viaticum.
- 18 Communio mortuorum quae?
- 19 Communio catechumenorum erat clargito panis benedicti.
- 20 Eulogiae quid essent?
- 21 Eulogiarum loco sunt benedictiones comestibilium, de quibus in Rituali Romano.
- 22 Agapes erant Convivia, & inter Christianos habebantur.
- 23 Lacti jejuni communicari possunt etiam postmeridie.
- 24 Confectura negativa non probatur ex contraria affirmativa.

SECUNDUS CASUS.

Matrōna, quae professione Monialium fessio die adstiterat, revertitur ad Ecclesiam Parochialem hominum, & cum adhuc sit jejuna, petit communionem. Quaritur, An licet, & an sit exaudienda?

Occasione petitae communionis ab hac Matrōna, pro intelligentia casus, eruditi quidam de Clero

praemiserunt, in primitiva Ecclesia aequivocum fuisse nomen Communionis: alia enim Communio dicebatur respectu Mystici Corporis Christi, & erat commercium inter fideles; & alia dicebatur Communio veri Corporis Christi; & erat distributio, & participatio Eucharistiae. Haec Communio Consecrationis, illa Communio benedictionis, & orationis; utraque autem diversis nominibus nuncupabatur juxta diversos ritus, & caeremonias, quae tunc erant in usu, ut observat Casalius de Veteribus Sacris Christianor. Ritib. cap. 21. Macer, in Hierolex. Verb. Communio; & novissime Emin. Card. Bona Rerum liturgic. lib. 2. cap. 19. num. 3.

Communio Consecrationis, in qua dabatur verum Christi Corpus in Eucharistia, quia aliis, & aliis ritibus administrari solebat, ideo alia erat Papalis, alia Episcopalis, alia Sacerdotalis, & Diaconalis, alia Subdiaconalis, & minorum Ordinum, alia Laicalis, Virorum scilicet, & Mulierum secularium; alia Imperatorum, & Regum, alia Puerorum; alia Peregrinorum, alia Infirmorum, & tandem alia Mortuorum. Singulae breviter explicantur.

Papalis Communio dicitur, quam facit Papa, dum solemniter Missam celebrat; ipse enim non recipit stando ad Altare, Sacrosanctum Corpus, & Sanguinem Christi, sed sedendo in Cathedra sub Throno (ut ego vidi in Inconratione utriusque Pontificis Clementis Noni anno 1667. & Clementis Decimi anno 1670.) ad denotandum, quod sicut Salvator consecravit panem, & vinum in cenaculo; deinde in Calvario Sacrificium consumans, seipsum in conspectu totius populi Deo Patri obtulit, ita Papa, (qui est ejus Vicarius) consecrat super Altare, quod est cenaculi figura, ac in sublimi Throno communionem sumit ad imitandum Christum in Monte crucifixum; ut ex S. Bonaventura in exposit. Psalm. 21. notat Macer, in Hierolex. Verb. Communio col. 1. ubi allegat etiam Durand. lib. 4. de divin. offic. cap. 54. docentem se communicare Papam, quia cum sit superior omnium viventium in Ecclesia militanti, perfectus, & sublimis representat ipsum Christum, qui est caput totius Ecclesiae; & Innocentium III. de Myst. Missae lib. 4. cap. 9. ferentem, quod Romanus Pontifex ideo non communicat, ubi frangit; sed ad Altare frangit, & ad sedem communicat; quia Christus in Emaus coram duobus discipulis fregit, & in Hierusalem coram Apostolis manducavit. Sumit autem Papa Sanguinem Domini de calice cum calamo, seu fistula aurea, quae appellabatur Siphon, ut ex Anastasio Bibliothecario Davantria, Lindaro, & Angelo Rocca in tractatu de Communionis Summi Pontificis, demonstrat Macer, in Hierolex. Verb. Siphon, advertens, quod antiquitus omnes fideles cum Siphone exforbebant Sanguinem Domini, ad evitandam effusionem: ideoque in Monasterio Montis Casini offenditur antiqua fistula, qua utebantur Abbates ad sugendum Dominicum Sanguinem; & in antiquis Carthusianorum Statutis de ea sub his verbis fit mentio: Ornamenta aurea, vel argentea, praeter Calicem, & Calamum, quo Sanguis Domini sumitur in Ecclesia non habemus. In libro veteri hujus Ecclesiae Patavinae, De ordine Divinorum Officiorum. In die Paschae, post Missam solemnem Episcopi pag. 100. sic legitur: Ite Missa est Alleluja: Et tunc ille, qui ministravit Episcopo, Confert Corpus Christi Viri, & Mulieribus, & Diaconis in sinistra parte Altaris tenens Calicem cum Sanguine Christi, confert omnibus sonere voluntibus cum quadam Virga Virga. Liber praedictus ex conjecturis fuit scriptus saeculo secundo supra missilem. Porro in die feriae quintae in Coena Domini Papa communicat seipsum super Altare sine Ministris, & non cum calamo, sed cum calice sumit Sanguinem Domini, ad imitandum Christi humilitatem. Macer. d. Verb. Siphon.

Epi-

Episcopalis Communio dicebatur, quam faciebat Episcopus solemniter celebrans pluribus Sacerdotibus sibi adstantibus, & concelebrantibus, de quibus Emin. Card. Bona Rer. liturgic. d. lib. 2. cap. 17. n. 4. & ex Innocent. lib. 3. de Myst. Missae cap. 19. atque lib. 4. cap. 25. refert Diana part. 8. tracl. 1. ref. 44. posita in Coordinato tom. 3. tracl. 1. ref. 48. §. 5. & in eodem Diana Coordinato tom. 4. tracl. 8. ref. 91. n. 4. desumpta ex part. 12. tracl. 1. ref. 91. quibus in locis disquirat, quid sentiendum, si unus ex Sacerdotibus concelebrantibus proferret formam consecrationis priusquam ab Episcopo celebrante ipsa forma enuntiaretur? Quam dubitationem trahunt Moralistae ad Neomystas, id est Sacerdotes noviter ordinatos, qui cum Episcopo ordinante concelebrant etiam nostris temporibus, circa quos plura agunt Marchin. de Sacram. Ordin. tracl. 2. part. 8. cap. 10. n. 11. Emin. Card. de Lugo de Eucharist. disp. 11. scilicet. 8. per totam, & Diana part. 12. tracl. 1. ref. 89. §. 90. §. 91. quae reperiuntur collocatae in Coordinato tom. 4. tracl. 8. ref. pariter 89. §. 90. §. 91. Sed de hac infra in primo Quae sit Mensis Aprilis.

Sacerdotalis Communio est illa, quam Sacerdos stans sumit in medio Altaris, ad differentiam aliorum communicantium, qui genuflexi recipiunt Sacrosanctum Christi Corpus, excepto Diacono in celebratione solemni Pontificis Romani, ad quo stans communicat. Emin. Card. Bona d. lib. 2. cap. 17. in fine. Et exceptis communicantibus ritu Graeco, qui stantes proni capite, & demissis oculis Eucharistiam percipiunt, ut ex S. Cyrillo Cateches. 5. & S. Chryl. Orat. in Eneacia, probat idem Emin. Card. Bona l. c. Nec omittendum, quod omnes Sacerdotes se communicant dextera manu, praeter Dominicanos, qui de sinistra sumunt sacrum Christi Corpus, non quidem in penam hostiae veneno mixtae, per Fratrem Bernardum ad Monte Pefulano Henrico VII. Imperatori traditae, ut invidi calumniosiores scripserit; sed ad magis custodiendum calicem manu dextera, ne versetur, ut notat Macer in Hierolex. Verb. Communio col. 2. vel, ut significetur eorum promptitudo ad pugnam contra haereticos, & ad vibrandum, dextera non impedita, contra peccatores enim Sermo Dei, qui est effecax, & penetrabilior omni gladio accipit. Hebr. 4. 12.

Diaconalis, Subdiaconalis, & aliorum Clericorum minoribus Ordinibus insignitorum, Communio nuncupatur, quam hi omnes faciebant in limine Sanctuarii sive in Choro, & intra cancellos statim post communionem celebrant. Laym. lib. 5. tracl. 4. cap. 5. n. 15. ad differentiam laicorum, qui extra chorum Eucharistiam fumebant, ut ex Concil. Tolet. 4. c. 17. & ex Bracarense 1. cap. 31. demonstrat Emin. Card. Bona d. lib. 2. c. 17. n. 8. ubi refert, ad S. Ambrosio expulsum de Sanctuario fuisse Theodosium Imperatorem, qui consecraverat illud Constantinopoli ingredi, ea monitione, quod Purpura faciebat Imperatorem, non Sacerdotem, & confirmatur in cap. Sacerdotum de consecr. dist. 2. §. in cap. 1. De Vita & honest. cleric. & aliis Conciliorum Decretis, allegatis per eundem Emin. Card. Bona lib. 1. cap. 20. §. lib. 2. cap. 9. a quibus prohibitus erat laicis ingressus in Sanctuarium. Itaque omnes ministri Ecclesiastici communionem recipiebant in Missa solemni per manum celebrantis, qui mos adhuc servatur Romae in insignioribus Basilicis. Emin. Card. Bona d. lib. 2. c. 17. in fine.

Laicalis Communio erat illa Virorum, ac mulierum secularium, non quidem in sola specie Panis consistens, sed quae fiebat extra Cancellos Altaris, tum sub utraque specie Corporis, & Sanguinis Domini, quando fideles adstant Sacrificio Missae, quod & hodie ferre omnes Orientales, & Ecclesia Graeca observat. Pignatelli. tom. 6. consil. 41. n. 41. tum sub unica tantum specie panis, quando extra Sacramento Eucharistiae.

Missam erant communicandi, ut erudit probat Casalius de Veter. Sacris Christian. Ritib. cap. 19. per totum, & Eminentiss. Card. Bona Rer. liturgic. dist. lib. 2. cap. 18. id docens ex SS. Patrum, & Conciliorum auctoritate; & demonstrans, fuisse in Usu Communionem laicalem fidelium sub utraque specie a primordiis Ecclesiae usque ad saeculum duodecesimum, & infra ostendemus Mense Martio in Casu secundo. Caeterum consuetudinem Communionis laicae, sub una tantum specie panis, servabant primitivi Christiani, dum extra Missam eam recipiebant, quam etiam ad propriam domum asportabant, ut illam ad libitum fumerent, praecipue fervescens persecutionibus. Emin. Card. Baron. ann. 57. Pignatelli. d. tom. 6. consil. 41. n. 43. Siquidem communicare sub unica tantum specie, nihil derogat perfectioni Sacramenti, ut docet S. Thom. 3. part. quae. 80. art. 12. & concordat Conc. Trid. sess. 21. cap. 2. feriens anathemate illos, qui dicerent, ex Dei praecipio, vel ex necessitate salutis, omnes & singulos Christi fideles, utramque speciem Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti sumere debere, salva tamen potestate Summi Pontificis concedendi usum Calicis alicui, vel nationi, vel regno, juxta tuam singulari prudentiam, ut in Decreto super petitione concessio- nis Calicis. sess. 22. in fine. Denique non ignorandum, quod antiquitus viris communicantibus dabatur Eucharistia in manibus, ut sibi ori apponerent, mulieribus autem non in manibus, sed in nitido sudario, quod ipse exhibebant, ponebant. Pignatelli. d. tom. 6. consil. 41. n. 42. Macer in Hierolex. Verb. Dominice. Card. Baron. Anno 590. n. 38. & Mabillon. de Liturgia Gallicana lib. 1. cap. 5. n. 25. Sanguinis vero sumptio aliquando per traditionem calicis, aliquando cum cochleari, & aliquando cum fistula fiebat, ut plenè deducunt Casalius ubi supra cap. 14. Emin. Card. Bona d. lib. 2. cap. 17. sub n. 3. ex pluribus SS. Patrum auctoritatibus, & Macer in Hierolex. Verb. Forcipes & Verbo Sumptorium.

Ex his desumi potest intelletus antiquorum Canonum loquentium de communione laica, ad quam condemnabantur Clerici delinquentes; ut habetur in cap. Si qui Presbyteri 1. quae. 7. can. 5. dist. 84. can. Eos, quos de consecr. dist. 4. & in cap. 2. Conc. Sardiceni. nec non cap. 18. Conc. Iliberitani. Est enim triplex opinio Doctorum; Una quod laica communio esset receptio Eucharistiae sub specie panis tantum. Altera, quod laice communicare consisteret in recipienda Eucharistia etiam sub utraque specie in Missa, sed non intra Sanctuarium, seu in choro cum ceteris Clericis, at extra cancellos Altaris in penam, ubi laici communicabant. Tertia, quod laica communio concedebatur esset sola participatio orationum, & associatio in Ecclesia cum laicis; non autem perceptio Eucharistiae, quae, ob summum disciplinae rigorem, denegabatur antiquitus etiam in articulo mortis, cap. Si quis Episcopum 2. quae. 3. scilicet iis, qui deliquerant graviter, & praecipue Machia, Idololatria, aut homicidio, etiam hi penitentiam essent. Casal. de Veter. Sacr. Christ. Ritib. in Notabilib. pag. 406. Macer in Hierolex. Verb. Communio laica & Emin. Card. Bona d. lib. 2. cap. 18. n. 3. & 4. Notent Parochi argumentum ad offendendam populi gravitatem homicidiorum, & adulteriorum, quae his temporibus sunt frequentia.

Imperatorum, & Regum Communio ita vocatur ob privilegium communicandi sub utraque specie, post praedictam Calicis prohibitionem, nonnullis Regibus, & Imperatoribus per Summos Pontifices concessum; videlicet Imperatoribus Constantinopolitanis, teste Caropala cap. 17. n. 44. in ipsorum coronatione; Christianissimo Galliarum Regi, qui Communionem recipit sub utraque specie, quando consecratur cum Sacra Ampulla, & in extremo ejus vitae per Viaticum.

B 4

etiam ex privilegio Clementis VI. qui illud concessit cum Frederico III. Imperatori, Odoni Duci Burgundie anno 1345. ut refert Calafius de Veter. Sacri. Ritib. cap. 11. in fine. Macer. in Hierol. d. Verb. Communio col. 3. Diana d. part. 8. traft. 1. ref. 24. §. 11. repofita in Coordinato tom. 3. traft. 1. ref. 49. Necon in part. 12. traft. 3. & Miscell. 4. refol. 3. Quæ reperitur in Coordinato d. tom. 3. traft. 1. refol. 102. §. 4. & ibi Cællotius de Hierarch. Ecclef. lib. 5. cap. 17. §. 2.

15 Puerorum Communio dicebatur, quia in primitiva Ecclesia Euchariftia præbebatur pueris, Layman, lib. 5. traft. 4. cap. 4. n. 2. non folum grandioribus, & devotam indolem præferentibus, ut de fefta Nicophorus Callixtus lib. 17. cap. 25. & Gregor. Turon. lib. 1. de gloria Martyr. cap. 10. ubi narrat Hiftoriam filii, quem pater Judæus projecit in ardentem fornacem, eò quia mixtus cum aliis pueris Chriftianis Euchariftiam in Ecclesia perceperat, sed etiam ipfimet infantibus ftatim post Baptifmum fub specie vini, ut fufè demonftrant Macer, in Hierolox. Verb. Baptifmus, col. 2. Calafius de Veter. Sacri. Chriftian. Ritib. cap. 5. verf. post Baptifmum, pag. 48. & Emin. Card. Bona d. lib. 2. cap. 18. §. 19. n. 1. & 2. Iubdens, quòd etiam nunc Græci more antiquo dant infantibus Euchariftiam fub fpecie Vini, cochlear fanguine intinctum ori ipforum inferentes, ut lambant, quibus poltea matres, vel nutrices, ubera præbent, ut fanguinem fimul cum lacte deglant.

16 Peregrinorum Communio quænam fuerit? fudant tum Canoniffæ, tum antiquitatum ftudiofi in explicando: quandoquidem cum hæc Clericis delinquentibus imponeretur in pœnam; ut habetur in cap. contumaces dift. 50. & in Concil. Agaten. can. 5. Ilerden. can. 16. nec non in can. 3. Synodi Regienfis plures plura dixere; nempe quòd erat obligatio ad peregrinandum, fæpe enim qui gravia piacula commiferant, peregrinationes pro pœnitentia affumebant, ut paffim legitur in actis Sanctorum, & præcipue de S. Guillelmo Duce Aquitaniæ apud Ribadeneiram tom. 2. die 10. Februarii. Et de S. Gerlaco apud Hier. à Bafilia Petri die 5. Januarii. Vel quòd Peregrina dicebatur communio, quia hi communicabant tantummodò in fine vitæ, tamquam ad altum mundum peregrinaturi. Vel quòd inter Laicos, & non amplius inter Clericos permanebant in Ecclefia, quafi peregrini, hofpites, & advenæ; non autem Cives Sanctorum, & domeftici Dei. Vel quòdangebatur communicare ultimo loco unà cum Clericis peregrinis, quibus non erat conceffum Miffam celebrare, fi litteras Dimifforiales, aut Testimoniales, quas tunc Formatas nuncupabant, non exhibebant. Vel tandem quòd præfta pœnitentia recipere quidem ad communionem laicam, fed careret ministerio Ordinum, ad inftar Romanorum, qui prius deportati, & extorres, & quæ juris civilis erant, amittebant; retinentes, quæ Juris funt gentium; & refiftit in Urbem dicebantur Peregrini, ut fcribit Sreton. in Claudio cap. 16. ac pluribus auctoribus citatis offendit Eminent. Card. Bona d. lib. 2. cap. 19. num. 5. §. 6. cui adfpulunt Calafius de Veter. Sacri. Chrift. Ritib. cap. 21. Verf. Communio Peregrina. Macer. in Hierolox. cod. Verb. & agit Eminent. Card. Baronius Anno 400. n. 67. & 68. & in eod. Spond. num. 11.

Communione, quàm folum participationem orationum cum fœderant; aut potius fubtracta adminiftratione redditum Ecclefiafticorum, folum communicationem elemofynarum. Cabalutius in Notitia Concilior. ad Concil. Agathen. pag. 264. Infrinorum Communio illa erat, quæ in difcrimine Vitæ verfantibus tradebatur, & dicebatur Viaticum, Ephodion, & benedictio beatica, ut explicat Macer

17 in ad. Verbis, & Calafius dift. c. 21. Verf. Viaticum; circa quam communionem advertere licet, quòd olim infirmis deglutire Sacram Hoftiam non valentibus dabatur Sanguis Chrifti fub fpecie vini, cap. 11. qui pœnitentiam. 26. q. 6. In fecundâ hifce temporibus fieri poffit, difputabitur infra, in quòdano Cafu menfis Martii.

in ad. Verbis, & Calafius dift. c. 21. Verf. Viaticum; circa quam communionem advertere licet, quòd olim infirmis deglutire Sacram Hoftiam non valentibus dabatur Sanguis Chrifti fub fpecie vini, cap. 11. qui pœnitentiam. 26. q. 6. In fecundâ hifce temporibus fieri poffit, difputabitur infra, in quòdano Cafu menfis Martii.

18 Mortuorum tandem erat Communio, quia mortui ab aliquibus communicabantur, & cum Euchariftia fepeliebantur. Calafius de veter. Sacri. Chrift. Ritib. cap. 21. verf. Primitis temporibus, præcipue fi ab Ecclefia exclusi ob delictum, obiffent ante abfolutionem; ut fic crederentur Communi Ecclefie refiftuti. Em. Card. Bona d. lib. 2. cap. 8. fub n. 6. §. c. 17. n. 6. Ubi tamen necia facilitate videtur dicere, etiam Sanctos Patres peculiari inflinctu, vel confuetudine confueviffè mortuis Euchariftiam dare, motus duobus exemplis. Uno S. Benedicte relato à S. Gregorio lib. 2. Dialog. cap. 24. qui iuffit Euchariftiam fuper pectore defuncti Monachi reponi, & fic fepeliri, ne terra defolium cadaver projiceret, ficut antea bis acciderat. Altero in vita S. Bafilii apud Sorium tom. 1. ubi legitur, ante ejus obitum Sacram Hoftiam in tres partes diviffiffe; Unamque fimpliffè, alteram refervaffe, ut fecum fepeliretur; tertiam verò in columba aurea pendente repofuiffè. Cæterum non eft credendum quòd Sancti Patres darent Euchariftiam mortuis, vel confepelirent cum cadaveribus; quamvis aliqui idiotæ, vel fuperftitiofi homines id facerent, quòd fuit ab Ecclefia prohibitum; Si quidem apud Macrum in Hierolox. Verb. Communio col. 1. & Verb. Viaticum col. 3. Latinus Latinus diligentiffimus Rerum Ecclefiafticarum obfervator docet, S. Bafilium refervaffe partem Hoftiæ confecratæ, fumendam in extremo vitæ fpiritu; non autem ut fuper fuo cadavere poftquam fepulchra traderet, & fimiliter notat, quòd aliquando mortui dicebantur recipere communionem, non per immiffionem Euchariftiæ in os; fed per reconciliatoriam manuum impositionem fuper illos, qui pœnitentes quidem obierant, at nondum reconciliati, ut habetur in cap. Qui recedunt. 26. quæft. 2. quæ reconciliatio poft mortem dicebatur Mortuorum Communio. Et tale ego crederem fuffè factum S. Benedicte fupra relatam, ut fcilicet Monachus contumax reconciliaretur, impofita fuper ejus pectore Euchariftia, non autem ut færa Hoftia cum illo in fepulchro poneretur: potuit enim reponi fuper pectore defuncti ad eum reconciliandum; deinde ftatim auferri; & ipfa færa Hoftia ablata, cadaver fepeliri.

Quapropter hujusmodi Communio Mortuorum magis referenda eft ad fecundum genus, quòd fupra diximus communionis fpectans ad Myfticum Chrifti Corpus; cum enim quis ob gravem culpam privatus foret tum Sacramentorum perceptione, tum communi conversatione fidelium, & orationibus, fi humilis pœnitentiam fufcepiffet, & egiffet, per folemne manuum impofitionem recipere ad communionem, id eft ad confortium, & orationes fidelium etiam ante reconciliacionem deeffiffet, fiquidem gratæ erant oblationes, quæ ad defunctis parentibus, ejus nomine dabantur, ut ex can. 12. Concilii Arletenfis II. demonftrat Calafius d. cap. 21. Verf. Primitis temporibus, & Verf. Viaticum, & plenè difterit Emin. Card. Bona d. lib. 2. cap. 8. num. 6.

Catechumenorum etiam referenda hic eft, quæ olim dabatur iiffem, Communio: fcilicet Panis benedictus, non tamè consecratus, de quo loquitur S. Auguftin. lib. 2. de Peccator. merit. & remiff. cap. 26. prout obfervant Cardin. Bellarm. lib. 2. de Sacram. in genere. cap. 24. Card. Baronius Anno 313. n. 65. Spondan. ibid. & Vaquez tom. 2. in 3. part. difp. 166. cap. 4. num. 52.

Fovebant autem antiqui Chriftiani Myfticam 20 Communione, & mutuum inter fe confortium, præcipue

21 pue per Eulogias, fcilicet munuscula benedicta, quæ in fignum Communionis Catholicæ, ad invicem accipiebant; deducta hæc formula loquendi ab hebræis, qui manus benedictionem appellabant, ut lib. 1. Reg. cap. 25. Accipe benedictionem, quam attulit ancilla tua, ubi in textu hebraico eft BEBAHA; in Græco Eulogia, quæ voces idem fignificant. Proprie autem Eulogia erant panes oblati à fidelibus ad Altare, qui fupererat consecrationi, quos benedictos, non autem consecratos, in particulis diffectos in fine Miffæ Sacerdotes diftribuebant iis, qui ob aliquod impedimentum non poterant facram Euchariftiam fumere. Vaquez difp. 204. cap. 3. n. 22. Ciampinus de Azymo c. 4. Claffe 3. §. 3. & Mabyllon de Liturg. Gall. lib. 5. cap. 5. num. 26. Quamvis fuffectu temporis, etiam communicatis illos dabant; ut pluribus textibus conciliaribus citatis, probat Emin. Card. Bona d. lib. 2. cap. 19. num. 7. Emin. Card. Baron. anno 313. n. 51. & fegq. P. Macedo in difp. Theologica de Ritu Azymi, & Fermentati cap. 7. à pag. 88. & fegq. Hieronym. à Bafilia Petri in Vita S. Richmiri Abbatis die 17. Januarii num. 9. & Macer in Hierolox. Verb. Eulogia, ubi hoc nomine quancumque oblationem, & munus vult effè intelligendum, Concordat Cafal. dift. c. 21. Verf. Communio per Eulogias: addens quòd à Matrice Ecclefia panis in Miffa benedictus per fingulas Parochias mittebatur. Sed cum Eulogia in defuetudinem ierint, prout etiam oblationes panis, & vini, fuffecerunt oblationes denariorum, quæ adhuc funt in Villis, & recipiuntur per Parochos in Miffa à fuis Parochianis, ad quorum folamen Ecclefia ordinavit benedictiones comestibilium, quæ habentur in Rituali Romano, & in Miffali, de quibus multa congerit Gretferus lib. 2. de Benedictionibus, & noviffimè Quartus in eod. traftatu De Benedictionibus, tit. 3. §. 5. Præclud. 1. atque Layman. lib. 4. traft. 6. cap. 7. qui n. 3. offendit, Eulogiarum alias fuffè Publicas, quæ fcilicet à Ministris Ecclefie uti talibus difpenfabantur; & de his loquitur ordo antiquus Ecclefie Patavinæ pag. 98. tergo, & pag. 100. dum dicit, quòd fuper Altare ponebatur Panis benedictus in Miffa folemni, & diftribuebatur populo, ultra Corpus Chrifti. Alias verò Privatas, quas amici inter fe mittere folebant in fignum amicitie; & allegat Epift. 1. S. Paulini Nolani ad Severum; & Epift. 31. S. Auguftini, quas Lectores vidiffè non pigebit.

22 Tandem antiquorum Chriftianorum reciproca charitas, & communicatio nutrebat per Agapes; id eft Sacra Convivia, quæ poft completam Miffam, & Sanctiffimam Euchariftiam receptam fiebant, primum in Ecclefia, deinde in privatis domibus. Macedo in Difert. de Azymo cap. 6. in Peregron. de Obl. ad Alt. & in cap. 7. Menoch. in Ad. Apoftol. lib. 1. c. 11. num. 4. quæ erant triplicis generis; aliæ enim erant Agapes conviviales, occasione nuptiarum, & ad illas invitabatur Epifcopus cum fuis Clericis, necnon affines, cognati fponforum & alii plurimi; quem morem fervari adhuc in Gallia Cifalpina narrat D. Dominicus Laghii Bononiensis in fuo Itinerario anno 1670. ad S. Jacobum Compostelle cap. 4. ubi ait, cum ingreffus fuiffet Delphinatum, in Parochiali Ecclefia Terræ Sufanæ, fe interfuffè folemni convivio in celebratione Matrimonii habito à pluribus incolis illius Terræ, cognatis, amnibus, & amicis Sponforum, qui eiffdem Laghi Miffam prius devotè audierant. Deinde eum ad prandium fecum coegerunt. Aliæ autem erant Agapes Natalitiæ, dum in feftivitatibus Sanctorum Martyrum convivia fiebant in Ecclefia. Aliæ Agapes fœneales ob convivia populo exhibita in Exequiis defunctorum. De his Agapis habentur textus in cap. 1. cap. 3. & cap. 5. dift. 42. & pluribus SS. Patrum allegatis Epiftolis, de Agapis tractant Emin. Card. Baronius in Annum 57. ubi Spondan. in Epitome n. 39. Emin. Card. Bona d.

traft. Rev. Liturgie. lib. 1. cap. 1. n. 4. & Macer in Hierolox. Verb. Agape, ubi poftquam notaverit prædita Agape convivia fuiffè à Sacris Conciliis fublata, ob deperditam primitivorum Chriftianorum veram fimplicitatem, & introducta varia fcandala, fubdit, in Orientali Ecclefia ufque ad præfens Agapes durare, quibus ipfe interfuit in Monte Libano anno 1624. dum ibi pro Sanctæ Sedis Apoftolicæ negotiis accessiffet.

His de antiquitatibus pro ornamento decidendi casus 23 collecti; pro ejus refolutione Parochi dixere, Matronam, petentem Communionem hora Vesperarum, licite petere, & cum fit jejuna, effè exaudiendam, atque Euchariftia færa communicandam; omnes enim Moraliffæ concorditer docent, nullam effè in Jure prohibitionem, vel reftrictionem temporis circa communionem Laicorum; & tantummodò obfervandum, ne fuboriri poffit fcandalum, quòd in præfenti cafu ceffat; cum, ex fupposito, Matrona fit notæ pietatis, & ob impedimentum intereffentis Monialium feftivitati non poterit cuius communionem petere, nec obfti contraria confuetudo; quæ non infurgit ex eo, quòd folutum fit apud Parochos communicare laicos ab aurora ufque ad meridiem tantum, quia effet probanda confuetudo negativa, id eft non communicandi petentes poft meridiem; juxta doctrinam Bart. in lib. 1. §. hoc interdicit n. 8. ff. de Itinere, atque priv. & in l. 1. ubi etiam Bald. C. de fervitutib. & acqu. quam Canonizavit Rota coram Seraphino decif. 1102. n. 8. coram Buratto decif. 572. n. 13. & coram Bichio decif. 322. n. 16. Doctores autem concedentes, poffe communionem dari jejunis qualibet hora diei funt, Silveft. Verb. Euchariftia 3. quæft. 1. & eod. verb. Sà num. 19. Angelus n. 36. Tabiena Verb. Miffa n. 6. Azor. 1. part. lib. 10. capit. 25. quæft. 7. Bonacina tom. 1. difp. 4. de Sacri. Euch. q. 7. punft. 1. num. 12. Quintanadven. in Append. ad Commun. general. Jubil. traft. 1. dub. 11. n. 3. Scortia de Sacrific. Miffæ lib. 4. cap. 29. num. 10. Colleg. Salmanticen. in curfu Theolog. moral. tom. 1. traft. 4. cap. 8. num. 39. Gobat. in Theol. Experim. traft. 4. num. 48. Biffus in Hierurgia Sacra Verb. Euchariftia n. 174. §. 17. Volpi eod. Verb. ref. 62. num. 8. & 9. Cattropalaus part. 4. tit. 21. difp. Unic. punft. 16. n. 3. Pax Jordan. tom. 1. lib. 3. tit. 3. n. 26. Cotonius lib. 2. confrov. 4. cap. 8. num. 175. Tamburin. De Expedi. Commun. cap. 6. §. 1. n. 5. Diana part. 2. traft. 14. refol. 54. Item part. 9. traft. 7. ref. 43. & noviffimè p. 11. traft. 7. ref. 22. in qua confutat Paufqualium docentem in Theolog. tom. 2. difp. 109. fct. 3. n. 17. exhibitionem communionis, & celebrationem Miffæ pari paffu ambulare; & ficut non licet celebrare ante Auroram, & poft Meridiem, ita neque debet effè licitum communicare; nam Diana negat pariterem; aliàs, inquit, ficut in die Natalis Domini licitum effè ter celebrare; ita liceret ter laicis communicare. Supracitata: Diana refolutiones in opere coordinato jacent tom. 2. traft. 2. ref. 37. refol. 41. & refol. 47.

DECISIONIS X.

Ad Februarii cafum Prudentiam.

ARGUMENTUM.

Agitur de quotidiana Communione, & examinatur, Quomodo, Quando, & cum Quibus perfonis fit licita? Quid effet in ufu ab initio Ecclefie? Quid medio tempore? aperitur. Religioforum Ordinum inflituciones; eorumdemque Fundatorum nomina, ac tempora; qui promovent frequentiam Eucharifticæ Communionis, referuntur. Contrariæ Theologorum Opiniones circa frequentiam Communionis conciliantur. Decretum

tum Sacre Congregationis Concilii diei 12. Februar. 1679. circa quotidianam Communionem laicorum ponitur, & perpenditur.

S U M M A R I U M.

- 1 Quotidie omnes Christiani communicabant in primitiva Ecclesia; hoc usque ad initium quinti seculi.
- 2 Communio quotidiana in primitiva Ecclesia non erat de Precepto.
- 3 Communio ter in anno facta est de Precepto à S. Fabiano Papa.
- 4 Communio annua imperata est anno 1215. in Concilio Lateran.
- 5 Communio frequentia omni tempore apud aliquos fideles conservata, & inflaurata à Religiosis Viris.
- 6 Ordinum Monasticorum, & aliorum Religiosorum origines.
- 7 Exempla animalium, à quibus venerata fuit Sacra Eucharistia.
- 8 Communio quotidiana exoptata ex pluribus rationibus à Jo. Sancio.
- 9 Non concessa ab aliis DD. ob plures cautiones.
- 10 Communio frequentia qualiter concedenda ex DD. opinionibus.
- 11 Decretum Sacre Congregationis Concilii diei 12. Februarii 1679. circa quotidianam laicorum Communionem.

C A S U S P R U D E N T I A L I S.

Expectatur opinio prudentium Confessariorum circa quotidianam laicorum Communionem.

Varij varia dixere, & ex eorum responsis sequentes conclusiones collegi pro casu resolutione.

Prima Conclusio. In primitiva Ecclesia omnes Christiani quotidie communicabant; nam, ut habetur *Ab. 2. 42. Erant (fideles) perseverantes in doctrina Apostolorum, & in communicatione fractionis panis, & orationibus.* Quod notat Cassalius de *Veter. Sacr. Christ. Ritib. cap. 18.* & Emin. Card. Bona *Ret. Liturgic. d. lib. 2. cap. 17. n. 2.* scribens, quod quotidiana Communio à fidelibus Laicis usque ad initium quinti seculi observabatur, immò alicubi qui plures Missas in die audiebant, plures eadem die communicabant, teste *Ualfrido Strabone cap. 22.* qui vivebat nono seculo; ideoque ab Alexandro Papa secundo, qui vivebat Anno 1060. prohibitum fuit plus, quam semel in die recipere Communionem. *cap. Sufficit 53. de Consecr. dist. 1.* Sed an Communio quotidiana esset de Precepto in primitiva Ecclesia dubitat Diana *part. 3. tract. 1. resol. 52. ubi n. 4.* quamvis ait, videatur affirmandum ex decreto S. Anaclei Papæ in *can. Episcopus. De Consecr. dist. 1. in can. Peralla. De Consecr. dist. 2.* ubi dicitur *Peralla consecratione omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus, sic enim Apostoli statuerunt, & Sancta Romana tenet Ecclesia.* Nihilominus negativè cum Bellarmino, *lib. 2. de Miss. cap. 10. ad arg. 8.* & Suarezio in *3. part. tom. 3. disp. 66. sect. 2.* inclinatur, & supradicto decreto respondetur, esse intelligendum tantum de Clericis, qui ministrabant in Missa. Cabalut. in *notitia Concilior. ad Concil. Antiochenum Primum Anno 341. Vers. Quod ad priorem partem.* Non autem de laicis, quos oportebat, præcipue conjugatos, ob tantam reverentiam Sacramenti, aliquando à Communionem abstinere. *cap. Omnis homo 21. de Consecr. dist. 2.*

Secunda Conclusio. Refrigescente charitate fidelium, plures cessare ceperunt, non solum à quotidiana sed etiam à frequenti Communione; adeo ut à S. Fabiano Papa, vivente in tertio seculo, statutum fuerit, quod *Est non frequentius, solum in anno ter laici bo-*

mines communicent, in Paschate videlicet, & Pentecoste, & Natali Domini. Ita legitur in *cap. Est 16. De Consecr. dist. 2.* Et à Concilio Agathensi *cap. 18.* (celebrato Anno 506.) fuit diffinitum: *Quod seculares, qui in Natali Domini, Pascha, & Pentecoste non communicaverint, Catholici non credantur, nec inter Catholicos habeantur. Cap. seculares 19. de Consecr. dist. 2.* Idem notat Cabalfutius in *notitia Concil. ad Concilium Agathense can. 18.* Hujusmodi præceptum communicandi saltem ter in Anno renovatum fuit in Concilio II. Turonensi, Anno 813. sub Leone Papa Tertio. Baptaglin. in *Hist. Univ. Concil. dist. Anno 813. num. 2.* Emin. Card. Bona *d. lib. 2. cap. 17. num. 2.* advertens, quod citius in Oriente eorum, qui sacris mysteriis intererant, communicatio desit; nam S. Jo. Chryostomus, S. Athanasius, atque alii Patres Græci sæpe in eorum Homiliis ad populum in frequentia communicantium congeruntur. Demum, labente per univèrsam orbem religionis studio, Hæreticorum, Saracenorum, & Imperantium frequentium mutationum causa, cum rarior in dies fieret usus communionis, mandatum fuit, Anno 1215. in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. singulis fidelibus, ut cum ad annos discretions pervenerint, semel saltem in anno peccata sua confiteantur, & in Paschate Sacram Eucharistiam recipiant. *cap. Omnis utriusque sexus 12. De Pœnit. & Remission. Refert Cabalfutius in d. Not. Concil. ad Concil. 4. Later. can. 21. Baptaglin. in d. Hist. Univ. Concil. d. Ann. 1215. n. 9. can. 21. & Odoric. Rinald. in Annalib. Eccl. d. An. 1215. n. 11.*

Tertia Conclusio. Quamvis frigescente mundo Catholico ob bella, hæreses, & dissidia Regum, cessaverit in laicis frequentia Communionis Eucharistice, ejus tamen amor semper exarsit tum in Religiosis Viris, tum in animabus vitam spirituales colentibus, quarum nonnulla exempla adduximus in casu Prudentiali Mensis Januarii, & quarum cultores præter Patrocos sæculares, & Episcopos, erant Canonici Regulares Lateranenses à SS. Apostolis instituti, & per plures Romanos Pontifices inflaurati, nec non Monachi Benedictini, atque Eremitæ S. Augustini ab eodem Sancto fundati Anno 387. præter alios Religiosos, qui pietate erga Deum, & zelo animarum ferventes operari extiterunt in Sacramentorum administratione; ad quorum exemplum fundata fuerunt postea alia Regulares familie. Si quidem Anno 910. institutus est Ordo Cluniacensis à Bernone Abbate Balmenis Ordinis S. Benedicti. Anno 967. Ordo Camaldulensium à S. Romualdo. Anno 1030. Ordo Vallisumbrosæ à S. Joanne Gualberto. Anno 1084. Ordo Carthusianus à S. Brunone. Anno 1092. Ordo Cisterciensium à S. Roberto Abbate. Anno 1120. Ordo Præmonstratensium à S. Norberto Nobili Lotharingo. Anno 1170. Ordo Humiliatorum à Joanne de Meda, Comensi; qui postea fuerunt suppressi Anno 1571. à S. Pio V. ob exoneratum scelopum in dorsum S. Caroli Borromæi. Anno 1179. Ordo Carmelitarum fuit collectus in Monte Carmeli ab Almerico Legato Apostolico, & Patriarcha Antiocheno. Anno 1197. Cruciferorum Ordo, quem cadentem vidimus sub Alexandro VII. Anno 1658. Ordo Trinitatis pro redemptione captivorum erectus à SS. Joanne de Matha, & Felice de Valois. Anno 1207. Ordo Franciscanorum à S. Francisco. Anno 1208. Ordo Predicatorum à S. Dominico. Anno 1216. Ordo Servitarum fundatus à septem Mercatoribus Florentinis. Anno 1218. Ordo Militaris S. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum institutus à Petro Rege Aragonie, à S. Petro Nolasco, & à S. Raymundo de Penafort. Anno 1223. Ordo Monialium S. Clare ab eadem sancta fu Regula S. Francisci. Anno 1269. Ordo Monachorum Silvestrinorum à B. Silvestro Abbate. Anno 1273. Ordo Cœlestinorum à S. Petro de Monte Murore, qui creatus

creatus Papa assumpsit nomen Cœlestini Quinti, ex quo dictus est Cœlestinorum Ordo. Anno 1319. Ordo Olivetanus à B. Bernardo Prolomæo, & Ambrosio Piccolomineo Senensibus. Anno 1355. Ordo Jesuatorum institutus à B. Joanne Colombino Senensi, & extinctus à Clemente Nono. Anno 1373. Ordo Monachorum, & Monialium S. Birgittæ, ab ipsa Sancta erectus, & à Gregorio XI. confirmatus. Anno 1400. Ordo Minorum observantiæ, dictus Lignipedum, seu Soccolantium institutus à S. Bernardino Senensi, reformante Ordinem S. Francisci. Anno 1404. Congregatio Canoniorum Sæcularium S. Georgii in Alga ab Antonio Corario, & Gabriele Condulmerio fundata, & à S. Laurentio Justiniano aucta, tandem sub Clemente Papa Nono extincta, cujus insignie Monasterium, & Ecclesia S. Mariæ de Vantio in hac Urbe Patavina Eminentissimus, & vigilantissimus Cardinalis Gregorius Barbaricus Antistes à Legato Apostolico Venetiarum acquisivit, & suo Seminario, Clericorum Diœcesanorum dicavit, studisque, linguis, & disciplinis, insignivit anno 1669. Anno 1406. Mendicantes Fratres S. Hieronymi Fesulis, vulgo *Magdalenarum*. Anno 1408. Canonici Regulares S. Salvatoris, alias *Scopetini* à templo dicto de Scopeto Florentia, seu de *Canadana* ab insigni Cœnobio in hac Diœcesi Patavina fabricato. Anno 1420. Moniales Turris Speculorum Romæ fundatæ à S. Francisca Romana. Anno 1436. Ordo Minimorum à S. Francisca de Paula. Anno 1519. Eremitæ Camaldulenses Montis Coronæ, alias de *Rua*, fundati à Paulo Justiniano Veneto. Anno 1524. Clerici Regulares dicti *Theatini* à Joanne Petro Garafa Archiepiscopo Theatino, à S. Cajetano Thienæ Nobili Vicentino, & Sociis, qui Carafa fuit electus Summus Pontifex, & vocatus Paulus Quartus. Anno 1525. Capuccinorum Ordo fundatus à Fr. Mattheo Basileo. Anno 1531. Congregatio Clericorum Somaschorum instituta à B. Hieronymo Emiliano. Anno 1534. Instituta Societas JESU à S. Ignatio Loyola; approbata Anno 1540. à Paulo III. Anno 1562. Ordo Carmelitarum Discalceatorum reformatus à S. Theresia, & approbatus à S. Pio Quinto. Et Anno 1576. Congregatio Oratorij fundata à S. Philippo Nerio, & confirmata à Gregorio XIII. quæ omnes Religiones, Congregationes, & Regularia instituta, præter alia multa, & de quibus Barbofa de *Jure Eccles. Univers. lib. 1. cap. 41.* eorumque Patriarchæ, & fundatores genuerunt innumeratos spirituales filios, & filias, à quibus incessanter verbo, opere, & exemplo propagata fuit frequentia Sacramentorum, & præcipue Communionis Eucharistice inter fideles, prout notissimum est eorumque legenti eorumdem Annalia, Chronicæ, & Vitas. Conferunt ad hanc frequentiam comprobendam, quæ adduximus exempla supra in Casu Prudentiali Mensis Januarii, & in secundo Questio Februarii, sanctarum animarum, quæ sola Communionem Eucharistica per plures hebdomadas, menses, & annos vivebant; quibus liceat adungere obsequia ab irrationabilibus animalibus præstita Hostiæ Sacrosanctæ, relata per R. P. Bagatam de *Admir. Orbis Christiani tom. 1. lib. 7. cap. 3.* & signanter de genuflexione, & adoratione præstita à Jumento tridiana inedia macerato, ut confundentur hæretici, Divo Antonio Patavino prædicante. Abagnicula, quam habet S. Franciscus; quæ cum elevaretur Sanctissimum Christi Corpus inter Missarum solemniam, flexis curvabatur poplitibus, arguens reverens pecus de irreverentia indevotos homines; & ab Agnello, quem tenebat B. Coleta, qui pariter ad Missam fe submittebat in genua, ita ut adimpletum esset divinum oraculum Isaia 1.3. *Cognovit Bos possessorem suum, & Asinus præsepe Domini sui, Israel autem me non cognovit, & populus meus non intellexit.*

Quarta Conclusio. Circa quotidianam Communionem duæ sunt contrariæ opiniones, Una Joannis

Sancii in *Selectis disp. 22.* ubi pluribus argumentis probare nititur, magis expedire etiam laicis, qui à mortali culpa sint innoxii quotidie Sacram Eucharistiam sumere; & moveatur ob exhortationes SS. Patrum, ob usum primitivæ Ecclesie, ob desiderium Sacri Concilii Tridentini *sess. 22. cap. 6. Incipit Optaret quidem Sacrosancta Synodus.* Ob fructum Sacramenti qui ex opere operato datur, ubi non est obex peccati mortalis, nempe augmentum gratiæ, & virtutum. Ac demum ob auctoritatem Pauli Apostoli, requirentis ad dignè communicandum, munditiam à mortali, ibi, *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. 1. Cor. 11. 28.* Altera est opinio Emin. Card. de Lugo de *Sacram. Euchar. to. 2. disp. 17.* in qua deductis, & perpenis utriusque partis argumentis concludit, non expedire omnibus laicis, etiam immunibus à mortali, communicare quotidie; tum ob reverentiam venerabilis hujus Sacramenti; tum ob utilitatem communicantium, quorum interest, cum fame spirituali, & corde puro accedere ad Sacram Eucharistiam; ideoque opus esse consilio, & obedientia prudentis Confessarii; qua de causa noluit Dominus, ut laici à se sacram Synaxim fumerent, sed à manibus Sacerdotum, *Quibus sic congruit, ut sumant, & dent cæteris.* Lugonem sequuntur Suarezius in *3. part. tom. 3. disp. 49. sect. 4. Vers. Tertio dico, & innumeri, quos numerat Diana Coord. tom. 2. tract. 2. resol. 36. desumpta ex part. 11. tract. 7. resol. 15.*

Quinta Conclusio. Nullus est, cui mensura Communionis consuli non possit. Pauci, quibus communio hebdomadaria sit prohibenda. Paucissimi, quibus quotidiana sit concedenda. Ita Gobat in *Theol. Experim. tract. 4. num. 62.* subdens nihilominus n. 63. Cum longe plurimi laici utriusque sexus Seculares, & Regulares æque innocenter, aut etiam innocentem vitam duxerint, & ducant ac Sacerdotes, quibus nemo sobrie sapiens interdicere quotidianam celebrationem Sacrificii, ideò non esse interdicendum quotidianum accessum ad Angelicam Mensam istdem laicis, & aliis caractere Sacerdotali non insignitis, si Angelicam vitam ducant: Equidem in Ecclesia S. Thomæ Martyris Congregationis Oratorij hujus Urbis Antenoræ, cum adolescentis eam frequentarem, vidi, quotidie plures utriusque sexus fideles communicari, fateor tamen quotidianos commensales prædictos, Viros, & Mulieres, à mundi vanitatibus alienos, & christianis virtutibus præditos fuisse.

Sexta Conclusio. Ecclesia Catholica nunquam prohibuit quotidianam Communionem fidelibus, etiam laicis, existentibus in gratia. Vult tamen eos pendere à prudentis Confessarii iudicio, & omnino abstinere ab abusibus, quos Sacra Congregatio Concilii damnavit in Decreto diei 12. Februarii 1679. quod hic non me tædet transcribere; ut ex ejus lectura Parochi, atque Confessarii veram præsentis Casus resolutionem obtineant.

D E C R E T U M

De quotidiana Communionem.

Cum ad aures Sanctissimi D. N. fide dignorum testimonio pervenerit, in quibusdam Diœcesibus videri usum quotidiane Communionis, etiam in feria sexta Parasceve; & simul affirmari, eandem quotidianam Communionem præceptam esse à Jure Divino; etiam in illius administratione aliquos abusus intolerasse, videlicet, quod aliqui non in Ecclesia, sed in privatis Oratoriis, & domi; immò cubantes in lecto, & non laborantes ulla gravi infirmitatis nota, juvant Sacrosanctam Eucharistiam, quam argentea theca inclusam in crumena, aut secretò illi deservunt Sacerdotes Seculares, aut Regulares: aliique in communione accipiant plures formas, ac particulas, vel grandiores solito, ac tandem quis confiteatur peccata venialia

nialia simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. Cum autem hec Sanctissimi consideranda commiserit Sacra Congregationi Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum; Eadem Sacra Congregatio pravia matura discussione super predictis, unanimi sententia ita censuit

Est frequens, quotidianusque Sacrosanctae Eucharistiae usus a Sanctis Patribus fuerit semper in Ecclesia probatus, nunquam tamen aut saepius illam percipiendi, aut ab ea abstinendi certos singulis mensibus, aut hebdomadis dies statuerunt, qui nec Concilium Tridentinum prescripserunt, sed quasi humanam infirmitatem secum repaierunt, nihil precipiendi, quid cuperet tantum indicavit, cum inquit: Optaret quidem Sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis fideles adstantes Sacramentum Euchar. perceptione communicarent. Idque non immerito; multiplices enim sunt conscientiarum recessus, varia ex negotia spiritus alienationes; multae contra gratia, & Dei dona parvulis concessa, quae cum humanis oculis scrutari non possumus, nihil certi de cuiusque dignitate, atque integritate, & consequenter de frequentiori, aut quotidiana vitalis panis usu potest constitui. Et propterea quod ad negotiatores ipsos attinet, frequens ad sacram alimoniam percipiendam accessus Confessariorum, secreta cordium explorantium, iudicio est relinquendus; qui ex conscientiarum puritate, & frequentia fructu, & pietatem processu laicis negotiatoribus, & conjugati, quod prospicere eorum saluti profuturum, id illis prescribere debent. cum Beatus Apostolus noluit, eos invicem orationi, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacent orationi, nisi sermo admonerent, tantum magis ob Sanctissimae Eucharistiae reverentiam continentia vacandum, puriorque mente ad caelestium epularum Communionem esse conveniendum. In hoc igitur Pastorum diligentia potissimum in-vigilabit, non ut a frequenti, aut quotidiana sacra Communionis sumptione unica precepti formula aliqui deterreantur, aut sumendi dies generaliter constituantur; sed magis quid singulis permittendum per se, aut Parochos, seu Confessarios sibi decernendum patet; illudque omnino providat ut nemini a sacro convivio seu frequentiori, seu quotidie accesserit, repellatur; & nihilominus dei operam, ut unusquisque digno pro devotionis, & preparationis modo paratus, aut crebrius Domini Corporis Juvavitatem degulset. Item Moniales quotidie Sacram Communionem petentes admonende erunt, ut in diebus ex earum Ordinis instituto profestitutis communicent. Si quae vero puritate mentis erit, & fervore spiritus ita incaluerint, ut digna frequentiori, aut quotidiana Sanctissimi Sacramenti perceptione videri possint, id illis a Superioribus permittatur. Proderit etiam praeter Parochorum, & Confessariorum diligentiam, opera quoque Concionatorum uti, & cum eis constitutum haberi, ut cum fideles ad Sanctissimi Sacramenti frequentiam (quod facere debent) accedant, statim de magna ad illud sumendam preparatione orationem habeant, generatimque ostendant, eos, qui ad frequentiore, aut quotidianam salutiferi cibi sumptionem devoto studio excitantur, debere suos laici negotiatores sint, sive conjugati, sive quicumque alii suam agnoscere infirmitatem, ut dignitate Sacramenti, ac Divini Iudicii formaliter discant caelestem Mensam, in qua Christus est, revereri. Et si quando se minus paratos senserint, ab ea abstinere; sequae ad maiorem preparationem accingere. Episcopi autem in quorum Diocesis viget huiusmodi devotio erga Sanctissimum Sacramentum, pro illa gratia Deo agant; eamque ipsi, adhibito prudentia, & iudicii temperamento, elere debeant. & ab eorum officio postulari sibi maxime peribant, nulli labori, aut diligentiae parcendum, ut omni irreverentia, & scandali suspicio in veri, & immaculati Agni perceptione tollatur, virtutesque, ac dona in iumentibus augeantur. Quod abunde continget, si illi, qui devoto huiusmodi

studio, divina prestante gratia, tenentur, sequae sacratissimo Pane frequentius refecti cupiunt, suas vires expendere, sequae probare eum timore, & charitate assuaverint; quibus Christum Dominum, qui se fidelibus manducandum, & se pretium in mortem tradidit, atque in caelesti Regno se premium est daturus, precatur Sacra Congregatio, ut suam opem ad dignam preparationem, & sumptionem largiatur. Porro Episcopi, & Parochi, seu Confessarii redarguerent asserentes, Communionem quotidianam esse de Jure Divino; doceant in Ecclesiis, seu Oratoriis privatis, ex dispensatione, seu Privilegio Pontifici, de manu Sacerdotum, sumendam Sanctissimam Eucharistiam; nec eam ullo modo deferendam in crumena, aut secreto ad existentes domi, vel cubantes in lecto, praeterquam ad infirmos, qui ad illam suscipiendam ad loca praedicta accedere non valent, & ad eos, si ab Ecclesia deferatur, publice, & cum pompa iusta formam Ritualis Romani; si vero ab Oratorio privilegiato, cum forma decenti. Curent etiam, ut circa Communionem in feria sexta Parasceve Missalis Rubrica, & Ecclesiae Romanae usui serventur. Insuper admoveant, nulli tradendas plures Eucharistiae formulas, seu particulas, neque grandiores, sed consutas, nec permittant, ut venialium confessio fiat simplici Sacerdoti, non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. Si Parochi, & Confessarii, etiam Regulares, aut quicumque alii Sacerdotes secus egerint, scient Deo Optimo Maximo rationem reddituros esse; neque deserviam Episcoporum, & Ordinariorum iustam, ac rigorosam animadversionem in contrasacientes, etiam Regulares, etiam Societatis Jesu, facultate ipsi Episcopi, & Ordinarii per hoc Decretum per Sedem Apostolicam specialiter attributa. Et facta de praemis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione, Sanctissimus Sua approbavit, ac praesens Decretum typis dari, ac publicari voluit. In quorum

Datum Romae 12. Februarii 1679.

F. Gard. Columna Praefectus.

S. Archiep. Brancatius Episc. Viterb. Secretarius.

Die 15. Mensis Februarii 1679.

Supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit per Urbem ad Valvas Curiae, & in acie Campi Florae, ut moris est, per me Aegidium Felicem SS. D. N. Papae Curatorem.

Pro D. Mag. Curatorum Gregorius Staggius Apof. Curf.

DECISIONIS XI.

Ad Martii Quaesitum primum.

ARGUMENTUM.

Quaeritur, quae sit materia EUCCHARISTIAE pro consecratione Corporis CHRISTI? ostenditur, esse Panem Azyzum in Ecclesia latina. Fermentatum in Ecclesia Graeca. Ne ignoretur ratio, & causa diversitatis, probatur, in utraque Ecclesia consecratum semper fuisse Panem azyzum usque ad annum MCLIII. quo tempore Michael Cerularius Patriarcha Constantinopolitanus cepit consecrare in Pane fermentato. Brevis fit conclusio discutienda acerrima haec Controversia de fermentato, & azyzo Pane. Memum detegitur asserentium, CHRISTUM Dominum non instituisse EUCCHARISTIAM luna decimaquarta Mensis Martii, neque paschum, & crucifixum luna decimaquinta: Veritas aperitur, & firmatur.

QUAESITUM PRIMUM.

Quaenam sit Materia Eucharistiae in consecratione Corporis CHRISTI.

SUMMARIUM.

- 1. Materia Eucharistiae quaenam sit in consecratione Corporis Christi?
2. Materia eiusdem quae sit inepta?
3. Materia dubia Eucharistiae quae?
4. Materiam dubiam consecrare non licet; & opinio contraria est damnata ab Innocentio XI. anno 1679.
5. Panis azyzum in Ecclesia Latina, & fermentatus in Ecclesia Graeca est materia Eucharistiae; ex Decreto Concilii Florentini sub Eugenio IV. & ex Constitutione 12. Sancti Pii Quinti.
6. Controversia de Azyzo, & fermentato inter Ecclesiam Latinam, & Graecam cur, quomodo, & quando orta fuerit?
7. Azyzo in pane Ecclesiam Orientalem per decem prima secula Eucharistiam consecrasset probatur septem praecipuis rationibus.
8. Azyzo pane semper usa est Ecclesia Latina in consecratione Eucharistiae.
9. Michael Cerularius Patriarcha Constantinopol. anno 1053. cepit consecrare Eucharistiam in pane fermentato.
10. Michaelis Cerularii error, quod Christus consecraverit in fermentato.
11. Iudei die decimaquarta mensis Martii ad Vesperas comedebant azyza, ablato peritis fermento.
12. Phase erat confessio Agni cum azyzo pane, & lactucis aggressis die decimaquarta Martii ad Vesperas.
13. Azyzorum confessio durabat a Vesperis diei decimaquarta per septem dies sequentes apud Hebraeos.
14. Dierum legalium, naturalium, & artificialium differentia.
15. Christus Dominus consecravit Eucharistiam in pane azyzo.
16. Dies festus Pasche Hebraeorum erat decimusquintus mensis Martii.
17. Dies Martii Christi fuit decimaquinta mensis Martii, festiva Pasche.
18. Iudeorum Principes anno, quo occiderunt Christum, distulerunt Pascha ad diem decimaquarta mensis Martii, ex traditione Rabinorum contra preceptum legis.
19. Nicolaus de Lyra, seu Lyranus, fuit primus Iudeus, & Rabbini, postea Christianus, & Religiosus Oratoris Seraphici S. Francisci.
20. Julius Mavrocenus primus Iudeus, & Rabbini, scripsit anno 1683. librum contra Hebraeos.
21. Peritis in arte standum est.
22. Pentecostes dicitur a Pente, idest quinque, & a Caste, idest decem, quia quinquies decem dies decurcebant a festo Pasche ad Pentecosten.
23. Dominicus Macer laulatur.
24. Ebionite heretici volebant imitari sacrificium Iudeorum de Agno, pane azyzo, & lactucis aggressibus.
25. Fermentum nominatum in Epistolis Pontificum Melchiasis, Siricii, & Innocentii Primi, erat Panis benedictus, seu Eulogie, non autem Eucharistia.
26. Particulae consecrandae, olim appellabantur Oblatae, hodie Hostiae, Et cur?
27. Honorius Papa III. praecipit, imaginem Crucifixi insigi in Hostiis consecrandis.

Fuit in responsis dictum, esse Panem triticum, Aqua naturali confectum, igne per modum assationis decoctum, azyzum in Ecclesia Latina, in Graeca autem fermentatum. Ita ex S. Thom. 3. par. 4. q. 74. art. 3. 4. nec non ex Scoto in 4. dist. 11. par. 1. q. 6. docent Emin. Card. de Lauræa in 4. sent. tom. 1. disp. 18. art. 1. Maltrius in eodem disp. 3. q. 3. art. 1. & in Theolog. Moral. disp. 18. in n. 16. Collegium Salmanticense. in Cursu Theolog. Moral. tom. 1. tr. 4. de Sacram. in gen. cap. 4. punct. 1. Lessius in opere Posthum. de Sacram. Euchar. q. 74. art. 3. & alii DD. per me allegati in Decisionibus Anni 1687. De Sacramentis in genere, ubi docui, esse materiam ineptam, & invalidam pro conficienda Sanctissima Eucharistia Panem ex Avena, Hordeo, Rideo, Castanea, ex Mellica, Surgo, seu Frumento, ac ex Farina Amygd. & ulterius eadem ineptitudinem, & invaliditatem affici Panem triticum, si coagulatus fuerit aqua rosacea, vel alio liquore maiorem quantitatem aquae naturalis superante, vel si fit compositum cum multo butyro, adipis, pipere, melle, aut saccharo, quales sunt vulgo i buzzoladi & fossococetti. Et tandem non esse materiam sufficientem triticum panem crudum, vel aqua elixum veluti passa cruda, sagana, pulvis, & passilli farinae, vulgariter Macharoni, ex traditis a Bonacina tom. 1. de Sacram. Euchar. disp. 2. q. 2. punct. 1. à Vulpio in res. Moral. disp. 31. à Lamy. lib. 5. tracl. 4. cap. 2. à Summa Diana Verbi. Materia Euchar. & Gobato in Theol. exp. perim. tracl. 3. à num. 26. qui omnes Auctores advertent, esse Eucharistiae materiam dubiam panem à Zea idest (Spelta) Siligine, seu Secala, aut Farre; vel si cum farina triticea immisceatur aliquid olei, butyri, mellis, pipere, seu adipis; vel conficiatur Hostia ex Tipso, aut cum aqua maris, vel cum cinabrio rubro, quales sunt Hostiae ad figillandas litteras, aut etiam cum aqua rosacea; e ratione, quia panis triticeus, ut fit materia apta ad consecrandum Corpus CHRISTI, debet esse panis usualis, quo usus est ipse Dominus in consecratione; videlicet compositus ex farina triticea, & aqua naturali, & ita coctus igne, ut per cum assuet, vel torreatur, sive in furno, sive sub cineribus, sive in frixorio, aut fero calido. Ex quibus sequitur, non esse licitum celebrare Missam, seu consecrare Eucharistiam cum materia dubia. Diana Coordinatus tom. 2. tracl. 6. resolut. 1. de Euchar. cap. 11. Chapeavil. De modo administr. Sacram. tempore Pestis cap. 4. qu. 19. & Suarez de Euchar. disp. 44. sect. 1. Vers. tertio. Quos bene citat, sed male dedit, contrarium etiam probabile dicens Gobatus in sua Theolog. exper. tracl. 3. num. 33. & 34. Praecipue post damnatas propositiones ab Innocentio XI. die 2. Martii 1679. Propositione prima, ut novissime notat P. Thyrsus Gonzalez in Fundament. Theolog. Moral. Dissertation. X. n. 19. subdens Ministrum Sacramentorum teneri ad apponendam materiam, & formam certam; graviterque peccare, & sacrilegium committere, si extra casum necessitatis utatur materia, vel forma dubia, aut incerta, omnia certa; etiam si faciat sequendo opinionem probabilem speculativè; aut etiam probabiliorum, vel probabilissimum de veritate, & sufficientia illius ad Sacramenti valorem. Porro Eucharistiam non esse medium necessarium salutis, saltem in re, habetur ex S. Thom. 3. par. q. 73. art. 3. Ex Scoto in 3. dist. ult. Quaes. Unica. D. & docent inter Scholasticos, Gonetius tom. 5. de Sacrament. Euchar. secundum se disp. 2. art. 4. §. 2. Emin. Card. de Lauræa d. tom. 1. in 4. sent. disp. 25. art. 1. & in-